 mit Inbegriff der Kommunikationen
 und Verpflegungsmittel, vgl. *ingen-
 ium loci* 28, 12, 11.

10. *praedicere*] Übertreibung, da
 dieser Gedanke in § 7 nicht liegt.

11. *quam homines r.*] bloß um
 des Gegensatzes willen beigefügt;
 Sinn: der Mensch habe sich nach
 den gegebenen Verhältnissen zu
 richten, nicht umgekehrt.

satis] verringern, 'leidlich, or-
 dentlich'.

12. *ad id locorum*] temporal 9,

rebat tuta celeribus consiliis praepositurum; et, quo id constantius perseveraret, Q. Fabius Maximus sic eum proficiscentem adlocutus fertur:

„Si aut collegam, id quod mallet, tui similem, L. Aemili, 39 haberes aut tu collegae tui esses similis, supervacanea esset oratio mea; nam et duo boni consules etiam me indicente 2 omnia e re publica fideque vestra faceretis et mali nec mea verba auribus vestris nec consilia animis acciperetis. nunc et 3 collegam tuum et te talem virum intuenti mihi tecum omnis oratio est, quem video nequiquam et virum bonum et civem fore, si altera parte claudente re publica malis consiliis idem ac bonis iuris et potestatis erit. erras enim, L. Paule, si tibi 4 minus certaminis cum C. Terentio quam cum Hannibale futurum censes. nescio an infestior hic adversarius quam ille hostis maneat te, cum tu cum illo in acie tantum, cum hoc 5 omnibus locis ac temporibus sis certaturus, et adversus Hannibalem legionesque eius tuis equitibus ac peditibus pugnandum tibi sit, Varro dux tuis militibus te sit oppugnaturus. ominus 6 etiam tibi causa absit C. Flamini memoria. tamen ille consul demum et in provincia et ad exercitum coepit furere; hic, priusquam peteret consulatum, deinde in petendo consulatu, nunc quoque consul, priusquam castra videat aut hostem, insanit. et qui tantas iam nunc procellas proelia atque acies 7 iactando inter togatos ciet, quid inter armatam iuventutem

45, 2; 25, 19, 11 u. 22, 1; 43, 5, 4; ad id loci lokal Sall. Cat. 45.

13. fertur] weil die folgende Rede von Liv. komponiert ist; zu Kap. 39, 3.

39, 1. Si etc.] zu 21, 13, 2.

tui similem] wie bei Liv. durchweg mei, tui, sui, nostri, vestri sim., zu Kap. 12, 5.

2. indicente] altertümlich wie Ter. Ad. 3, 4, 62, analog inopinans, insperans 27, 48, 14; gewöhnlich nehmen in der klassischen Latinität nur die Part. Perf. Pass. das negierende in zu sich, 29, 18, 19 indicta causa.

animis] 42, 14, 2 praeoccupatis non auribus magis quam animis.

3. oratio] wofür man wegen tecum eher sermo (wie Kap. 40, 4) erwartet; allein für das Geschichtswerk des Liv. paßte nur die Kunstform von Rede und Gegenrede.

claudente] = claudicante; altera parte, wie Nepos Agesil. 8, 1 claudus altero pede.

4. nescio] Eine Partikel, wie immo, fehlt, weil schon die erste Person einen genügenden Gegensatz zur zweiten (erras) bildet.

5. legiones] von römischen Verhältnissen auf fremde übertragen, wie Kap. 6, 3 u. 14, 11 (zu 21, 3, 1).

tuis equitibus setzt nicht eine ständige Teilung der Truppen voraus (wie Kap. 27, 9), da nach Kap. 41, 3 der Befehl über das ganze Heer wechselte. equitibus ist vorangestellt mit Rücksicht darauf, daß Amilins in der Schlacht bei Cannä die römischen Reiter befahlte (Kap. 45, 8; 49, 3).

tuis mil.] durch Aufreizung derselben gegen ihren Führer.

6. furere] Kap. 3, 9 ff.; 21, 63, 2.

7. procellas . . . ciet] Der rhetorische Wortschwall stimmt nicht recht mit der Versicherung des Varro, den Krieg mit einer Entscheidungsschlacht zu beendigen, Kap. 38, 7.

8 censes facturum, et ubi extemplo res verba sequitur? atqui
 si hic, quod facturum se denuntiat, extemplo pugnaverit, aut
 ego rem militarem, belli hoc genus, hostem hunc ignoro, aut
 9 nobilior alius Trasumenno locus nostris cladibus erit. nec
 gloriandi tempus adversus unum est, et ego contemnendo potius
 quam appetendo gloriam modum excesserim; sed ita res se
 habet: una ratio belli gerendi adversus Hannibalem est, qua
 10 ego gessi. nec eventus modo hoc docet — stultorum iste
 magister est —, sed eadem ratio, quae fuit futuraque, donec
 11 res eadem manebunt, inmutabilis est. in Italia bellum gerimus,
 in sede ac solo nostro; omnia circa plena civium ac sociorum
 12 sunt; armis viris equis commeatibus iuvant iuvabuntque; id
 iam fidei documentum in adversis rebus nostris dederunt; me-
 liores prudentiores constantiores nos tempus diesque facit.
 13 Hannibal contra in aliena, in hostili est terra, inter omnia
 inimica infestaque, procul ab domo ab patria; neque illi terra
 neque mari est pax; nullae eum urbes accipiunt, nulla moenia;
 14 nihil usquam sui videt; in diem raptō vivit; partem vix ter-
 tiam exercitus eius habet, quem Hiberum amnem traiecit;
 plures fame quam ferro absumpti, nec his paucis iam victus
 15 suppeditat. dubitas ergo, quin sedendo superaturi simus eum,
 qui senescat in dies, non commeatus, non supplementum, non
 16 pecuniam habeat? quam diu pro Gereonii, castelli Apuliae
 inopis, tamquam pro Carthaginis moenibus *sedet*? sed ne ad-
 17 versus te quidem de me gloriabor; Servilius atque Atilius,

iactando] mit etwas um sich werfen.

8. *hoc genus*] das bisherige Defensivsystem.

erit] Prophezeihung ex eventu.

9. *adversus unum*] frei 'unter vier Augen'.

10. *iste*] Die Parenthese drückt besser als der Relativsatz die Verachtung der Theorie aus, nach dem Erfolge zu urteilen.

eadem] nicht parallel mit *hoc*, sondern zu *ratio* gehörig.

futura est] nachdrucksvoller als *erit* und zugleich durch die Alliteration mit *fuit* gehoben.

12. *nos*] die Römer im Gegensatz zu den Bundesgenossen.

13. *inter omnia i.*] mitten unter 'lauter' Feinden, zu 21, 32, 9.

procul ab domo] Daß die karthag. Regierung den Hann. nicht unterstützen könne oder wolle, wie der strenge Gegensatz erwarten ließe,

wird nicht gesagt, da dies mit der Wirklichkeit im Widerspruch stünde (21, 49, 2), sondern bloß auf die Schwierigkeit des Transportes hingewiesen.

14. *in diem raptō*] wie Kap. 40, 8; 27, 12, 4.

fame] nicht nur mit Bezug auf den Alpenübergang (21, 40, 9), sondern weil Fabius sich rühmte, den Hann. durch Abschneidung der Lebensmittel geschwächt zu haben (zu Kap. 11, 4); die Alliteration *f. ferro* 23, 19, 17 u. 26, 6, 16.

victus] Kap. 40, 8.

suppeditat] = *suppetit*, *superest*, wie überhaupt Liv. das Verbum nie transitiv gebraucht (26, 45, 1).

15. *sedendo sup.*] zu Kap. 14, 14. *suppl.*, *pecuniam*] was Hann. erst nach der Schlacht bei Cannä erhielt (23, 18, 7).

16. *pro Ger. moenibus*] um es zu halten (Kap. 23, 9), wogegen *ante*

proximi consules, vide, quem ad modum eum ludificati sint. haec una salutis est via, L. Paule, quam difficilem infestamque cives tibi magis quam hostes facient. idem enim tui, quod 18 hostium, milites volent; idem Varro consul Romanus, quod Hannibal Poenus imperator, cupiet. duobus ducibus unus resistas oportet. resistes autem, si adversus famam rumoresque hominum satis firmus steteris, si te neque collegae vana gloria neque tua falsa infamia moverit. veritatem laborare 19 nimis saepe aiunt, extinguere numquam; *vanam* gloriam qui spreverit, veram habebit. sine, timidum pro cauto, tardum 20 pro considerato, inbellem pro perito belli vocent. malo, te sapiens hostis metuat, quam stulti cives laudent. omnia audentem contemnet Hannibal, nihil temere agentem metuet. nec 21 ego, ut nihil agatur, *moveo*, sed ut agentem te ratio ducat, non fortuna; tuae potestatis semper tu tuaque omnia sint; armatus intentusque sis; neque occasione tuae desis neque suam occasionem hosti des. omnia non properanti clara certaue 22 erunt; festinatio improvida est et caeca."

Adversus ea consulis oratio haud sane laeta fuit, magis 40 fatentis ea, quae diceret, vera quam facilia factu esse. dictatori magistrum equitum intolerabilem fuisse; quid consuli adversus collegam seditiosum ac temerarium virium atque auctoritatis fore? se populare incendium priore consulatu semustum 3 effugisse; optare, ut omnia prospere evenirent; sed si quid adversi caderet, hostium se telis potius quam suffragiis iratorum civium caput obiecturum.

andenten würde, daß Hann. die Stadt belagert.

17. *ludificati sint*] synonym *eludere hostem*; vgl. Kap. 18, 3 u. 9.

18. *cupiet*] Steigerung gegenüber *volent*.

adversus] gehört zu *firmus*; so *f. adversus convicia, largitionem* u. ä.

19. *aiunt*] oft von sprichwörtlichen Redensarten, wie 7, 13, 7 *compressis, quod aiunt, manibus sedere*, die Hände in den Schoß legen. Vgl. Publil. Syr. 63 *bonum quod est supprimitur, numquam exstinguitur*, und Polyb 13, 5, 6 *ποτε δε πολυν χρόνον επισκοι-σθεισα τέλος ατή (ἀλήθεια) δι' εαυτης επικρατει.*

vanam] bildet den Gegensatz zu *veram*, wie 28, 25, 2 und oft.

20. *timidum* etc.] wie es Fabius selbst erfahren, Kap. 12, 12.

perito belli] weil diese Eigen-

schaft bei dem Feldherrn besonders wichtig ist; sonst bildet *fortis* den Gegensatz zu *inbellis*.

21. *non fortuna*] welche Fabius so sehr verachtete, daß er selbst den Scipio für einen bloßen Routinier erklärte.

occ. tuae] die dir günstige, wie oft *suo loco, tempore* (1, 56, 8).

40, 1. *oratio*] zu Kap. 39, 3.

2. *intolerabilem*] Kap. 27, 1.

3. *semustum*] wie *ambustum* Kap. 35, 3.

evenirent] vorzugsweise von glücklichen Ereignissen, daher mit *bene, feliciter, prospere* verbunden (21, 21, 9; 31, 7, 15).

caderet] so viel als *accideret, incideret*; 35, 13, 9 *si quid adversi casurum foret*.

caput] mit Anspielung auf die juristische Bedeutung des Wortes, wie in *capitis deminutio*.

4 Ab hoc sermone profectum Paulum tradunt prosequen-
 5 tibus primoribus patrum; plebeium consulem sua plebes prose-
 6 cuta, turba conspectior, cum dignitates deessent. ut in castra
 7 venerunt, permixto novo exercitu ac vetere castris bifariam
 8 factis, ut nova minora essent propius Hannibalem, in veteribus
 9 maior pars et omne robur virium esset, consulum anni prioris
 10 M. Atilium aetatem excusantem Romanam miserunt, Geminum
 11 Servilium in minoribus castris legioni Romanae et socium pe-
 12 ditum equitumque duobus milibus praeficiunt.

7 Hannibal quamquam parte dimidia auctas hostium copias
 8 cernebat, tamen adventu consulum mire gaudere. non solum
 9 enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat, sed ne
 10 unde raperet quidem quicquam reliqui erat, omni undique
 11 frumento, postquam ager parum tutus erat, in urbes munitas
 12 convecto, ut vix decem dierum, quod compertum postea est,
 13 frumentum superesset, Hispanorumque ob inopiam transitio
 14 parata fuerit, si maturitas temporum expectata foret.

41 Ceterum temeritati consulis ac praepropero ingenio mate-

4. ab hoc s.] 26, 15, 5.

sua pl.] die ihm ergebene.

conspectior] weil conspicuus
 keinen Komparativ bildet.

dignitates] Würdenträger, wie
 Cic. epist. 4, 8, 2 dignitates homi-
 num, Personen von Distinktion.
 Vgl. Celebritäten, Notabilitäten u. ä.
 Nägelsbach, lat. Stil. § 14.

deessent sagt mehr als absent
 (bei dem Geleite ausblieben), näm-
 lich daß es der Partei überhaupt
 an geachteten, durch hohe Staats-
 ämter ausgezeichneten Persönlich-
 keiten fehlte.

5. bifariam f.] nicht binis wie
 Kap. 44, 1, weil das bisherige
 Lager nur erweitert, bloß ein neues
 aufgeschlagen wird.

omne robur ist nicht ganz deut-
 lich, da, wenn Servilius eine Legion
 der alten Armee befehligte, die
 neuen Legionen weder als Kern-
 truppen (Kap. 41, 5 tironum) noch
 als schweres Fußvolk im Gegen-
 satz zu den andern bezeichnet
 werden konnten; also wohl bloß
 quantitativ, die ganze Hauptmasse
 der Streitkräfte.

6. excusantem, etwas als Ent-
 schuldigungsgrund geltend machen,
 wie 26, 22, 5 valetudinem oculorum;
 ähnlich defendere, zur Rechtfertig-
 ung anführen, 21, 18, 2. Die An-

gabe des Polyb 3, 114, 6, daß M.
 Atilius bei der Armee blieb, beruht
 wahrscheinlich auf einer Verwechs-
 lung mit dem schlechtweg Μάρκος
 genannten M. Minucius, dem frühern
 mag. equitum, 23, 21, 7.

7. mire] häufiger mirum in mo-
 dum oder mirifice.

8. superabat etwas verschieden
 von Kap. 25, 17, nicht mehr als
 superesse wie Kap. 49, 5; 29, 24,
 11 qui superabant ex Cannensi exer-
 citu.

tutus erat] Imperf., weil die Un-
 sicherheit für Hann. eine bleibende
 geworden war; zu pellebantur 21,
 28, 4.

9. Hispanorum] welche das ge-
 ringste Interesse an der Besiegung
 der Römer hatten. Dio Cass. frg.
 57, 24: ἦλθον οὖν ἄμφω ἐς τὸ
 στρατόπεδον ἐνκαίριότατα· οὕτε γὰρ
 τροφή ἔτι ἦν τῷ Ἀννίβῃ καὶ τὰ
 τῶν Ἰβήρων ἐκεκίνητο τὰ τε τῶν
 συμμαχῶν αὐτοῦ ἠλλοτριούτο. καὶ
 εἴ γε καὶ τὸ βραχύτατον ἠπεσχή-
 κεσαν, ἀπόνως ἐκράτησαν αὐν.

Kap. 41—44. Treffen. Marsch
 von Gereonium und Larinum
 nach Cannä.

41, 1. Ceterum deutet (wie 21,
 5, 1; 57, 5) an, daß Liv. zu einer
 neuen Quelle (Valerius Antias?)
 übergeht, welcher Kap. 41—42,

riam etiam fortuna dedit, quod in prohibendis praedatoribus tumultuario proelio ac procursu magis militum quam ex praeparato aut iussu imperatorum orto haudquaquam par Poenis dimicatio fuit. ad mille et septingenti caesi, non plus centum 2 Romanorum sociorumque occisis. ceterum victoribus effuse sequentibus metu insidiarum obstitit Paulus consul, cuius eo 3 die — nam alternis imperitabant — imperium erat, Varrone indignante ac vociferante emissum hostem e manibus debellarique, ni cessatum foret, potuisse. Hannibal id damnum 4 haud aegerrime pati; quin potius gaudere velut inescatam temeritate ferocioris consulis ac novorum maxime militum esse. et omnia ei hostium haud secus quam sua nota erant: dissimiles 5 discordesque imperitare, duas prope partes tironum militum in exercitu esse. itaque locum et tempus insidiis aptum se 6 habere ratus, nocte proxima nihil praeter arma ferenti secum milite castra plena omnis fortunae publicae privataeque relinquit, transque proximos montis laeva pedites instructos condit, 7 dextra equites, inpedimenta per convallem mediam traducit,

sowie nach der Gewohnheit des Historikers, die Übergänge zu vermitteln, der Schluß von Kap. 40 entnommen ist. Daraus erklärt sich, daß der beabsichtigte Rückzug nach Gallien (Kap. 32, 3), die drohende Desertion der Spanier, der Versuch Hannibals, unbemerkt aufzubrechen, u. die Rekognoszierung des Statilius Kap. 43 (nach Coelius?) nochmals berichtet werden.

consulis ist hart, da bei Liv. Kap. 40, 6 von beiden Konsuln, in seiner hier benützten Quelle kurz vorher von Varro die Rede war.

praedatoribus] der Punier.

h. par] Kap. 28, 13.

2. *ad . . . septingenti*] so nur, wenn den Hunderten *mille* oder *milia* vorangeht (21, 22, 3 und 48, 2; 23, 37, 6; zu Kap. 50, 11).

3. *cuius . . . erat* ist Zusatz des Liv., da in dieser ganzen Partie (Kap. 41 u. 42) Paulus und Varro gemeinsam den Oberbefehl führen, vgl. § 1 *imperatorum*, § 9 *locis*, Kap. 42, 3 *ducerent*, § 12 *consules potentes*. Pol. 3, 110, 4 *τῆς δ' ἡγεμονίας τῷ Γαίω καθηκούσης εἰς τὴν ἐπιούσαν ἡμέραν διὰ τὸ παρὰ μίαν ἐκ τῶν ἐδισμῶν μεταλαμβάνειν τῆς ἀρχῆς τοῦς ἰπάτους*. Plut. Fab. 15.

alternis] näml. *diebus*, wie aus dem vorangehenden *die* erhellt, Kap. 27, 6; 40, 44, 2 'Jahr um Jahr' nach vorausgehendem *annos*; sonst auch bloß 'abwechslungsweise' mit Ergänzung von *vicibus* (27, 9, 13).

4. *gaudere*] Vgl. Kap. 28, 1.

inescatam] 41, 23, 8 *cum ferac bestiae cibum ad fraudem suam positum plerumque aspernentur et refugiant, nos caeci . . . inescamur*.

5. *duas p. p.*] Vgl. Kap. 24, 4; zu 21, 40, 7.

6. *ferenti*] Üblicher wäre *ferente*; doch läßt Liv. die Part. Praes. zuweilen im Abl. absol. auf *i* ausgehen (1, 54, 6; 9, 29, 3; 27, 16, 8 u. a.).

fortunae publicae] zunächst die Kriegskasse, die übrigens nicht bedeutend sein konnte, wenn sich die Soldaten über rückständigen Sold beklagten (Kap. 43, 3); also auch nicht verkaufte Beute, wie *privatae*, was die Soldaten für sich behalten oder bei der Verteilung bekommen hatten (21, 60, 9).

7. *trans*] zu Kap. 43, 7.

inpedimenta steht nicht im Widerspruch mit § 6, da nur das für die militärische Operation Notwendige auf Wagen nachgeführt wird.

- 8 ut diripiendis velut desertis fuga dominorum castris occupatum
 9 inpeditumque hostem opprimeret. crebri relictis in castris ignes,
 ut fides fieret, dum ipse longius spatium fuga praeciperet, falsa
 imagine castrorum, sicut Fabium priore anno frustratus esset,
 tenere in locis consules voluisse.
- 42 Ubi inluxit, subductae primo stationes, deinde propius
 2 adeuntibus insolitum silentium admirationem fecit. tum satis
 comperta solitudine in castris concursus fit ad praetoria consul
 sulum nuntiantium fugam hostium adeo trepidam, ut tabernaculis
 stantibus castra reliquerint, quoque fuga obscurior esset,
 3 crebros etiam relictos ignis. clamor inde ortus, ut signa proferri
 iuberent ducerentque ad persequendos hostis ac protinus castra
 diripienda. et consul alter velut unus turbae militaris
 4 erat; Paulus etiam atque etiam dicere providendum praecavendumque
 esse; postremo, cum aliter neque seditionem neque ducem seditionis
 sustinere posset, Marium Statilium praefectum
 5 cum turma Lucana exploratum mittit. qui ubi adequitavit portis,
 subsistere extra munimenta ceteris iussis ipse cum duobus
 equitibus vallum intravit, speculatusque omnia cum cura re-
 6 nuntiat insidias profecto esse: ignes in parte castrorum, quae
 vergat in hostem, relictos, tabernacula aperta et omnia cura
 in promptu relicta; argentum quibusdam locis temere per vias
 velut obiectum ad praedam vidisse.
- 7 Quae ad deterrendos a cupiditate animos nuntiata erant,

Zonar. 9, 1 *σκενή τε συγγὰ κατέλιπεν ἐν τῷ χαρακώματι καὶ τὰ λοιπὰ ἀμελέστερον κομίζεσθαι ἐνετέλλετο.*

9. *sicut* bezieht sich nur auf *falsa imagine* (vgl. Kap. 16, 6 *ludibrium oculorum*), nicht auch auf *castrorum*; auch im Frühjahr 217 soll Hannibal nach Zonar. 8, 25 seinen Abzug nach Etrurien den Römern durch eine List verborgen haben.

locis] Stellungen; der Plural, weil die Konsuln wahrscheinlich zwei Lager hatten (Kap. 40, 5; 44, 1).

42, 1. *stationes*] die Feldwachen, welche vor dem Lager bivouaquieren. *admirationem*] zu Kap. 30, 1.

2. *nuntiantium*] von *concursum* abhängig.

obscurior] durch *traiectio* von *quo* getrennt (2, 60, 1), wie oft auch *eo*, *multo*, *tanto* u. ä. von ihren Komparativen getrennt werden (21, 2, 6; 24, 40, 14).

3. *signa pr.*] Kap. 29, 2.

protinus] unterwegs (28, 13, 4).

4. *etiam a. e.*] gehört zu *providendum*, wie es auch 35, 6, 4 mit *videre* verbunden ist (zu Kap. 13, 4).

Marium] latinisierter oskischer Name (23, 7, 8 u. 35, 13); *praefectum*, gewöhnlich der Titel der Oberoffiziere des bundesgenössischen Fußvolkes, von der Reiterei auch 8, 7, 1.

exploratum] absolut wie *inexplorato*, sonst auch mit Zusätzen wie: *ubi hostis esset*, *quid agatur*, 31, 33, 6; 33, 7, 4.

mittit] wonach Paulus (vgl. § 8 *iussit*) ebenso selbständig handelt wie Varro (zu Kap. 41, 2), während unter der Voraussetzung des täglich wechselnden Oberbefehles derselbe mit § 2 (*ubi inluxit*) an Varro übergegangen sein mußte.

5. *cum cura*] = *accurate*; 44, 1, 6 *arma viros equos cum c. inspicere*.

6. *cara*] Kostbarkeiten, Wertgegenstände (21, 60, 9).

in promptu] = *ita, ut promi possent*, 25, 29, 9.

ea accenderunt, et clamore orto a militibus, ni signum detur, sine ducibus ituros, haudquaquam dux defuit; nam extemplo Varro signum dedit proficiscendi. Paulus, cum ei sua sponte 8 cunctanti pulli quoque auspicio non addixissent, nuntiarum iam efferenti porta signa collegae iussit. quod quamquam Varro 9 aegre est passus, Flamini tamen recens casus Claudique consulis primo Punico bello memorata navalis clades religionem animo incussit. di prope ipsi eo die magis distulere quam 10 prohibuere imminentem pestem Romanis; nam forte ita evenit, ut, cum referri signa in castra iubenti consuli milites non parerent, servi duo, Formiani unus, alter Sidicini equitis, qui 11 Servilio atque Atilio consulibus inter pabulatores excepti a Numidis fuerant, profugerent eo die ad dominos. deductique ad consules nuntiant omnem exercitum Hannibalis trans proximorum montis sedere in insidiis. horum opportunus adventus 12 consules imperii potentes fecit, cum ambitio alterius suam primum apud eos prava indulgentia maiestatem solvisset.

Hannibal postquam motos magis inconsulte Romanos quam 43 ad ultimum temere evectos vidit, nequiquam detecta fraude in castra rediit. ibi plures dies propter inopiam frumenti manere 2 nequit, novaque consilia in dies non apud milites solum mixtos

7. *accenderunt*] wozu im Deutschen 'nur' (nur noch mehr) hinzutritt. *signum*] zu 21, 59, 4.

8. *cunctanti*] sich dem ausmarschierenden Kollegen anzuschließen.

auspicio] im Sinne von *auspicanti* (27, 16, 15), welches neben *cunctanti* vermieden werden mußte; sonst sind die Auspicien unzertrennlich von dem selbständigen Imperium, Kap. 30, 4; 28, 9, 10.

non addixissent] indem sie die dargebotene Nahrung verweigerten (1, 26, 3; 10, 40, 4).

nuntiarum] wofür auch das bestimmtere *obnuntiare* gebraucht wird, wenn Augur oder Magistrate infolge eines ungünstigen Omens die Ausführung einer Sache hindern.

9. *primo P. b.* nimmt durch den Einschluß zwischen Genetiv und Subjekt die Stelle eines Attributes ein, = *pr. P. b. accepta*.

memorata] zu Kap. 7, 1.

clades] Die Erwähnung der Niederlage bei Drepana lag besonders nahe, weil vor derselben gerade auch die *pulli* den Claudius Pulcher gewarnt hatten.

10. *forte* steht sowohl im Gegensatze zu menschlicher Überlegung (*de industria* Kap. 46, 8, *consilio* Kap. 49, 14) als auch zu unzweifelhaft göttlicher Fügung (*divinitus* 1, 4, 4) und deutet nur an, daß die beiden Gefangenen nicht geflohen seien, um die Römer vor der Gefahr zu warnen. Doch ist Liv. geneigt (*prope*) darin eine Mitwirkung der Götter zu erkennen.

11. *servi*] = *calones*.

12. *potentes*] da die gesunkene Autorität des Paulus, wenn auch durch kein Faktum bewiesen, so doch nach der von Varro gemachten Erfahrung vorausgesetzt wird.

apud eos] den unter seinem Befehle stehenden Soldaten, um deren Gunst er buhlte.

43, 1. *nequiquam*] = *infecta re*, ist mit *rediit* zu verbinden. Während Kap. 41, 6 der Zweck des Abzuges ist, die Römer in einen Hinterhalt zu locken, beabsichtigt Hann. hier mit seiner List, unbemerkt und unverfolgt einen Vorsprung und eine für die Verpflegung günstigere Position zu gewinnen.

2. *in dies*] vorwiegend mit Kom-

ex colluvione omnium gentium, sed etiam apud ducem ipsum
 3 oriebantur. nam cum initio fremitus, deinde aperta vociferatio
 fuisset exposcentium stipendium debitum querentiumque anno-
 nam primo, postremo famem, et mercennarios milites, maxime
 Hispani generis, de transitione cepisse consilium fama esset,
 4 ipse etiam interdum Hannibal de fuga in Galliam dicitur agi-
 tasse, ita ut relicto peditatu omni cum equitibus se proriperet.
 5 cum haec consilia atque hic habitus animorum esset in castris,
 movere inde statuit in calidiora atque eo maturiora messibus
 Apuliae loca, simul *ut*, quo longius ab hoste recessisset, trans-
 6 fugia inpeditoria levibus ingeniiis essent. profectus est nocte
 ignibus similiter factis tabernaculisque paucis in speciem re-
 7 lictis, ut insidiarum *par priori* metus contineret Romanos. sed
 per eundem Lucanum Statilium omnibus ultra castra transque
 montis exploratis cum relatum esset visum procul hostium
 8 agmen, tum de insequendo eo consilia agitari coepta. cum
 utriusque consulis eadem, quae ante semper, fuisset sententia,
 ceterum Varroni fere omnes, Paulo nemo praeter Servilium,
 9 prioris anni consulem, adsentiretur, *ex maioris partis sententia*

parativen und Verben von komparativer Bedeutung (*crescere* 21, 25, 14; Inchoativa, *senescere* Kap. 39, 15), denen sich *novus* (ἔστος) und *novare* natürlich anreihen; 35, 42, 8; 44, 8, 3 *ignarum, belli quae in dies fortuna novaret.*

omnium g.] von Völkern aller Art, civilisierten u. uncivilisierten.

3. *primo, postremo* ist nicht nur Variation zu *initio, deinde*, sondern weist noch auf andere von Liv. nicht ausgesprochene Klagen hin.

fama] Der Autor, dem Liv. hier folgt, stellte also diese Nachrichten nicht als unzweifelhaft hin (wie auch Appian Hann. 17 nur sagt: *δεδιδως, μη ολ μεθοποροι μεταθιοντο δια την αμυσθιαν*), oder Liv. traute ihm weniger als Kap. 40, 9.

4. *ita ut*] beschränkend u. näher bestimmend, 'und zwar in der Art, daß', verschieden von *ut*, so daß: 23, 35, 15 *nocturnum erat sacrum, ita ut ante mediam noctem completeretur*; 28, 35, 9.

5. *consilia* geht auf Hannibal, *habitus animorum* auf die Soldaten.

levibus ingeniiis] zunächst mit Bezug auf die Spanier (Kap. 21, 2), vielleicht auch auf die Gallier anspielend (zu 21, 16, 4).

6. *similiter* zeigt, wie *par priori* und § 7 *eundem*, daß Liv. sich bewußt war, etwas Ähnliches schon erzählt zu haben, daß er aber beide Vorfälle für verschieden hielt.

par priori] nach dem Zusammenhange auf Kap. 41, 9 zurückweisend, während in der Quelle wahrscheinlich auf die List vom J. 217 (Kap. 16, 6) hingewiesen war.

7. *ultra* bezeichnet das Überschreiten eines Punktes oder einer in der Richtung des Weges, auf welchem die Bewegung stattfindet, sich ausdehnenden Örtlichkeit, daher bei Marschangaben oft mit Städtenamen verbunden, *trans* das einer Querlinie (Gebirg, Fluß, Mauer); Kap. 41, 7 u. zu 21, 5, 3.

8. *nemo praeter Servilium*] da Atilius sich nicht mehr beim Heere befindet, Kap. 40, 6.

9. *ex sententia*] wie Kap. 9, 11; daneben auch *de sententia*, namentlich in Verbindung mit *consiliis*.

maioris p.] Auch bei einem täglich wechselnden Oberkommando konnten weiter gehende Fragen, wie Verlegung des Kriegsschauplatzes, selbstverständlich nur durch den Kriegsrat entschieden werden.

ad nobilitandas clade Romana Cannas urgente fato profecti sunt. prope eum vicum Hannibal castra posuerat aversa a 10 Volturmo vento, qui campis torridis siccitate nubes pulveris vehit. id cum ipsis castris percommodum fuit, tum salutare 11 praecipue futurum erat, cum aciem derigerent, ipsi aversi, terga tantum adflante vento, in occaecatum pulvere offuso hostem pugnaturi.

Consules satis exploratis itineribus sequentes Poenum, ut 44 ventum ad Cannas est et in conspectu Poenum habebant, bina castra communiunt eodem ferme intervallo, quo ad Gereonium, sicut ante copiis divisis. Aufidus amnis utrisque castris ad 2 fluens aditum aquatoribus ex sua cuiusque opportunitate haud sine certamine dabat; ex minoribus tamen castris, quae posita 3 trans Aufidum erant, liberius aquabantur Romani, quia ripa ulterior nullum habebat hostium praesidium. Hannibal spem 4 nanctus locis natis ad equestrem pugnam, qua parte virium

Cannas] bei Polyb B. 3—6 *Κάννα*. *urgente fato*] 5, 22, 8 nach Vergil Aen. 2, 653.

10. *posuerat*] nach Pol. 3, 107, 2 sogar schon vor dem Abmarsch der neuen Konsuln von Rom, nach Liv. erst seit wenigen Tagen. — Daß Hannibal dort die römischen Getreidemagazine wegnahm (Pol. § 4), übergeht Liv., um seine bisher gegebene Darstellung, wonach die Punier Mangel an Lebensmitteln gehabt hätten (zu Kap. 11, 4; 39, 14; 40, 9; 43, 3), nicht abzuschwächen.

Volturmo] der Euros der Griechen, der heutige Sirocco, Sen. quaest. nat. 5, 16; *vento* ist beigelegt, weil es auch einen Fluß Volturnus giebt (Kap. 14, 1 u. 15, 4). Der Name kommt her von *voltur* (Geier) oder nach jüngerer Auffassung von dem Gebirge *Voltur* in Apulien.

11. *pulvere*] Kap. 46, 9. Zonar. 9, 1 von Hannibal: *προήρως πάντα τον τόπον υπόψαμμον ὄντα, ἵνα κοινοποιῆς ἐν τῇ μάχῃ ἀρθῆν*.

Kap. 44—50, 3. Die Schlacht bei Cannä (größtenteils mit Benutzung von Polyb 3, 107—117, doch mit Zusätzen aus römischer Quelle, namentlich Kap. 49).

44, 1. *Poenum*] an erster Stelle wohl Hannibal, an zweiter kollektiv; besser hätte vielleicht Liv. mit

Poenum, hostem abgewechselt. Der kollektive Singular von Völkernamen findet sich in Prosa erst seit Livius, bei Sallust nur *hostis, miles, pedes*, und *Maurus, Numida* ist = *Bocchus, Iugurtha*.

intervallo] nach Pol. 3, 110, 10 *τῆς μὲν ἰδίως παρεμβολῆς περὶ δέκα στάδι' ἀποσχών, τῆς δὲ τῶν ὑπεναντίων μικρῶ πλείον*, obschon Kap. 40, 5 die Distanz nicht angegeben ist.

sicut ante c. d.] bedeutet nur, daß die Truppen auf beide Lager ungleich verteilt waren, wie schon Kap. 40, 6, da jetzt nach Pol. ein Drittel im kleineren Lager stand.

2. *amnis*] weil der Aufidus der bedeutendste Fluß in Apulien ist.

ex sua c. opp.] von den Stellen aus, die für jede Partei die bequemsten waren.

3. *trans Aufidum*] um die *frumentatio* und die in dem wasserarmen Apulien wichtige *aquatio* zu erleichtern.

aquabantur] Liv. hat also die Angabe des Zonar. 9, 1 verworfen, wonach Hann. das Flußwasser durch Hineinwerfen von Leichnamen ungenießbar gemacht und damit die Römer zur Schlacht gezwungen hätte.

4. *natis* etc. deutet auf Ebenheit des Terrains, welches auch auf dem

- invictus erat, facturos copiam pugnandi consules, derigit aciem
 5 lacessitque Numidarum procursatione hostis. inde rursus solli-
 citari seditione militari ac discordia consulum Romana castra,
 cum Paulus Sempronique et Flamini temeritatem Varroni,
 Varro *Paulo* speciosum timidis ac segnibus ducibus exemplum
 6 Fabium obiceret, testareturque deos hominesque hic, nullam
 penes se culpam esse, quod Hannibal iam *velut* usu cepisset
 Italiam; se constrictum a collega teneri; ferrum atque arma
 7 iratis et pugnare cupientibus adimi militibus; ille, si quid
 proiectis ac proditis ad inconsultam atque improvidam pugnam
 legionibus accideret, se omnis culpae exsortem, omnis eventus
 participem fore diceret: videret, ut, quibus lingua prompta ac
 temeraria, aequae in pugna vigerent manus.
- 45 Dum altercationibus magis quam consiliis tempus teritur,
 Hannibal ex acie, quam ad multum diei tenuerat instructam,
 2 cum in castra ceteras reciperet copias, Numidas ad invadendos
 ex minoribus castris Romanorum aquatores trans flumen mittit.
 3 quam inconditam turbam cum vixdam in ripam egressi clamore
 ac tumultu fugassent, *in* stationem quoque pro vallo locatam
 4 atque ipsas prope portas evecti sunt. id vero *adeo* indignum
 visum, ab tumultuario auxilio iam etiam castra Romana
 terreri, ut ea modo una causa, ne extemplo transirent flumen

nördlichen Ufer des Aufidus ganz flach ist und auf dem südlichen in der Nähe von Cannä und Barletta nur wenige unbedeutende Hügel hat.

qua parte virium inv.] zu 21, 47, 1 und Pol. 3, 101, 11.

5. *discordia*] nach der röm. Darstellung, welche von der Polybs abweicht; zu Kap. 41, 3.

6. *penes*] nam. in der Verbindung *gloria, victoria, culpa, noxa est p. alqm.* (35, 33, 3 und zu 21, 46, 8).

velut usu cep.] weil Hann. bald zwei Jahre in Italien stand, mit welcher Frist nach den zwölf Tafeln aus fortgesetztem Besitze Eigentum erwuchs (1, 46, 1); ähnliche Vergleichen aus dem Rechtsleben 24, 1, 7; 26, 29, 4 und 37, 5.

7. *proiectis ac pr.*] Man beachte im Folgenden die in direkter und indirekter Rede viel häufiger als in der historischen Erzählung vorkommende Häufung von Synonymen.

eventus] hier nicht Erfolg im guten Sinne, sondern als *vox media* Schicksal, *fortuna, casus.*

lingua prompta] 31, 44, 3, auch *lingua promptus* 2, 45, 15, nicht bloß von dem schlagfertigen Redner, sondern in malam partem von der losen Zunge.

-aeque] ohne entsprechende Partikel im ersten Gliede, weil in *lingua* und *manus* der Gegensatz schon hinlänglich ausgedrückt ist.

45, 1. *altercationibus*] Vgl. den bei Liv. ebenfalls breiter als bei Polyb. ausgeführten Streit zwischen Sempronius und Scipio (21, 53).

ad multum diei] Kap. 52, 1; 27, 2, 9 *in m. diei.*

3. *clamore*] durch das bloße Geschrei, im Gegensatze zu *impetu* 26, 2, 11; so 21, 41, 3 *ad famam*, auf das bloße Gerücht.

4. *adeo*] nach dem Sprachgebrauche des Liv. zugefügt, 26, 11, 7; 32, 10, 7; 38, 31, 3.

auxilio] der Singular sonst mehr in abstrakter Bedeutung gebraucht, selten in konkreter (3, 5, 15; 9, 27, 13).

iam etiam] gewöhnlicher *iam et*, Kap. 48, 1.

derigerentque aciem, tenuerit Romanos, quod summa imperii eo die penes Paulum fuerit. itaque postero die Varro, cui sors eius diei imperii erat, nihil consulto collega signum proposuit instructasque copias flumen traduxit, sequente Paulo, quia magis non probare quam non adiuuare consilium poterat. transgressi flumen eas quoque, quas in castris minoribus habuerant, copias suis adiungunt atque ita instruunt aciem: in dextro cornu — id erat flumini propius — Romanos equites locant, deinde pedites; laevum cornu extremi equites sociorum, intra pedites, ad medium iuncti legionibus Romanis, tenuerunt; iaculatores cum ceteris levium armorum auxiliis prima acies facta. consules cornua tenere, Terentius laevum, Aemilius dextrum; Gemino Servilio media pugna tuenda data.

Hannibal luce prima Balaribus levique alia armatura praemissa transgressus flumen, ut quosque traduxerat, ita in acie locabat, Gallos Hispanosque equites prope ripam laevo in cornu adversus Romanum equitatum; dextrum cornu Numidis equitibus datum, media acie peditibus firmata, ita ut

ea modo etc.] Dieselbe Konstruktion 23, 4, 7.

penes] Kap. 15, 8; 25, 14.

5. *cui*] statt *cuius* (Kap. 41, 3), um die Häufung dreier Genetive zu vermeiden; *diei*, der abhängige Genetiv dem regierenden vorangestellt.

nihil] ohne ihn im mindesten zu befragen; Eutrop 3, 10 *contradecente consule*.

signum] eine rote Fahne.

6. *habuerant*] vermutlich unter dem Kommando des Servilius, wie Kap. 40, 6.

dextro] wie gewöhnlich die römischen Reiter diesen Platz erhalten. Die gesamte Reiterei der Römer war (nach Pol. 3, 113, 5 u. 117, 2 und Appian Hann. 17) wenig über 6000 Pferde stark, während man nach Kap. 36, 3 per Legion 300 römische u. 600 bundesgenössische, zusammen 7200 Reiter erwartet. Indessen konnte dieser in Aussicht genommene Effektivstand bei den Rüstungen nicht erreicht oder seit Beginn des Feldzuges durch Abgang, Entsendungen u. ä. reduziert sein.

7. *intra*] adverbiall 'herwärts', aber hier noch substantiviert, *τα εἶσω*, den Raum zunächst der Rei-

tere, wozu das erste Objekt *laevum cornu* mithilft.

facta] indem das Verb sich lieber nach dem näheren Prädikate, als nach dem entfernteren Subjekte gerichtet hat.

8. *Gemino Servilio*] über die Stellung der Namen zu 21, 11, 1; *pugna*, um mit *acies* abzuwechseln; *tuenda*, ohne daß an eine defensive Haltung des Centrums gedacht wäre (27, 48, 4).

46, 1. *luce prima*] wie Kap. 18, 2 und oft, doch ebenso häufig in umgekehrter Stellung (Kap. 28, 8; zu 21, 21, 8).

Baliaribus etc.] Kap. 4, 3.

quosque] der Plural, weil die einzelnen Abteilungen bezeichnet werden (4, 56, 7).

3. *dextrum cornu*] auf welchem die zu Evolutionen geeignete leichte Reiterei in ihren Bewegungen nicht durch den Fluß gehemmt war, obwohl dieselbe nach Kap. 43, 1 von dem freien Terrain wenig Gebrauch machte.

firmata] nicht mehr als 'gebildet' (wie 21, 56, 2), da ja Hann. an Fußvolk bedeutend schwächer war, weshalb auch der Gedanke passend nicht im Verbum finitum, sondern im Abl. absol. ausgedrückt ist.

Afrorum utraque cornua essent, interponerentur his medi
 4 Galli atque Hispani. Afros Romanam [magna ex parte] cre-
 deres aciem; ita armati erant armis et ad Trebiam, ceterum
 5 magna ex parte ad Trasumennum captis. Gallis Hispanisque
 scuta eiusdem formae fere erant, dispares ac dissimiles gladii,
 Gallis praelongi ac sine mucronibus, Hispano, punctim magis
 quam caesim adueto petere hostem, brevitate habiles et cum
 mucronibus. ante alios habitus gentium harum cum magnitu-
 6 dine corporum tum specie terribilis erat. Galli super umbili-
 cum erant nudi; Hispani linteis praetextis purpura tunicis,
 candore miro fulgentibus, constiterant. numerus omnium pe-
 ditum, qui tum stetere in acie, milium fuit quadraginta, decem
 7 equitum. duces cornibus praeerant sinistro Hasdrubal, dextro
 Maharbal; mediam aciem Hannibal ipse cum fratre Magone
 8 tenuit. sol, seu de industria ita locatis seu quod forte ita
 stetere, peropportune utrique parti obliquus erat, Romanis in
 9 meridiem, Poenis in septentrionem versis; ventus — Voltur-
 num regionis incolae vocant — adversus Romanis coortus
 multo pulvere in ipsa oravolvendo prospectum ademit.

ita ut] zu Kap. 43, 4.

4. [*magna ex p.*] wird aus der zweitfolgenden Zeile wiederholt sein, da nach Pol. 3, 114, 1, dem Liv. hier folgt, sämtliche Afrikaner römische Ausrüstung erhalten hatten.

crederes] 2, 43, 9 *crederes victos*, sogar als Doppelkonjunktiv nach *ut*, 31, 7, 11.

ad Trasumennum] zu Kap. 9, 4.

5. *adsucto*] mit Infinitiv, wie 23, 40, 10, mit Dativ Kap. 18, 3; 21, 16, 5, *in alqd* 24, 5, 9, in klassischer Prosa überhaupt häufiger als *consuetus*.

ante alios] 25, 14, 13; 42, 60, 2 *ante alios Thracum insolens laetitia eminebat*.

harum] dem Substantiv ungewöhnlich nachgestellt, vielleicht aus Rücksicht auf den Wohlklang.

6. *nudi*] 38, 21, 9 von den Galliern: *nudi pugnare et sunt fusa et candida corpora eorum, ut quae nunquam nisi in pugna nudentur*.

purpura] welcher Stoff teils von den phönizischen Kaufleuten eingeführt, teils auf den Balearen aus den dort häufig vorkommenden Purpurschnecken hergestellt wurde.

7. *Maharbal*] nach Polyb und Appian Hanno.

ipse] um den Anprall der römischen Legionen auf die fremden Truppen abzuleiten und seine Afrikaner möglichst zu schonen (zu 21, 56, 2).

Magone] zu 21, 47, 4.

8. *sol* etc.] übereinstimmend mit Pol. 3, 114, 8, wogegen z. B. im Kampfe gegen die Cimbern die Sonne die Römer begünstigte, Plut. Marius 26.

9. *ventus*] Vgl. Kap. 43, 11. Die Natur hat hier einen großen Anteil an der Niederlage der Römer (ebenso bei Valer. Max. 7, 4, ext. 2; Frontin 2, 2, 7; Florus 1, 22, 16; Plut. Fab. 16; Polyän 6, 38, 4; Appian Hann. 20. 22. 23 τὰ βέλη Ῥωμαίοις μὲν πάντα ἀμβλύτερα διὰ τὴν ἀντίπνοϊαν ἦν κτλ; Zonar. 9, 1, der sogar von Atmungsbeschwerden spricht), wogegen Polyb die Sache weder der Erwähnung noch der Widerlegung wert gehalten hat.

vocant] die Parenthese ohne *cum*; 1, 4, 5 *ficus* — *Romularem vocatam ferunt*.

in ipsa ora] 21, 58, 3.

Clamore sublato procursum *ab* auxiliis et pugna levibus 47
 primum armis commissa. deinde equitum Gallorum Hispano-
 rumque laevum cornu cum dextro Romano concurrat, minime
 equestris more pugnae; frontibus enim adversis concurrendum 2
 erat, quia nullo circa ad evagandum relicto spatio hinc amnis,
 hinc peditum acies claudebant. in directum utrimque nitentes, 3
 stantibus ac confertis postremo turba equis, vir virum am-
 plexus detrahebat equo. pedestre magna iam ex parte certamen
 factum erat; acrius tamen quam diutius pugnatum est, pulsique
 Romani equites terga vertunt. sub equestris finem certa- 4
 minis coorta est peditum pugna, primo et viribus et animis
 par, dum constabant ordines Gallis Hispanisque; tandem Ro- 5
 mani, diu ac saepe conisi, obliqua fronte acieque densa in-
 pulere hostium cuneum nimis tenuem eoque parum validum,
 a cetera prominentem acie. impulsis deinde ac trepide referen- 6
 tibus pedem institere, ac tenore uno per praeceps pavore
 fugientium agmen in mediam primum aciem inlati, postremo

47, 1. *commissa*] Dieses erste Gefechtsmoment fand seinen Abschluß damit, daß die leichten Truppen sich durch die Zwischenräume hinter die Hauptlinie zurückzogen, wie in dem Gefechte am Tessin (21, 46, 6).

deinde] Das zweite Stadium der Schlacht umfaßt den Kampf der schwächeren und an Qualität geringeren Hälfte der röm. Reiterei gegen die schwere Kavallerie Hannibals.

equestris more p.] worunter wiederholte Chargen verstanden sind (Sall. lug. 59, 3); der Ausdruck schon Sall. hist. inc. 55 D. *more eq. proelii*.

3. *vir virum amplexus*] Pol. συμπλεκόμενοι κατ' ἄνδρα παρακαταβαίνοντες ἀπὸ τῶν ἑπίων. Das Absitzen der Reiterei kommt in der alten Kriegsgeschichte oft vor, ist aber nur durch die Annahme zu erklären, daß Knechte die Rosse halten oder nach modernem Brauch die Reitertruppe selbst die Hälfte ihrer Mannschaft zu diesem Zwecke außer Gefecht setzt (21, 46, 6; 29, 2, 14).

acrius] Pol. τοὺς μὲν πλείστον ἀπέκτειναν ἐν τῇ συμπλοκῇ, τοὺς δὲ λοιποὺς ἤλιανον παρὰ τὸν ποταμὸν φονεύοντες κτλ. Daß gerade

Paulus diese Niederlage erleidet, daran erinnert weder Liv. noch Polyb ausdrücklich.

4. *peditum pugna*] das dritte Moment im Gange der Schlacht.

viribus] physische Kraft; *animis* moralische.

constabant] stärker als das Simplex (27, 1, 10), mit Bezug auf den Zusammenhang der Gefechtslinie (33, 18, 17).

5. *conisi*] in dichten Angriffskolonnen, um durchzubrechen, daher oft mit *omnes, omnibus copiis* u. ä. verbunden (9, 31, 12; 31, 21, 10). *diu ac saepe* ist Übertreibung, Pol. ἐπὶ βραχέ.

obliqua fronte] weil sie die beiden Flügel ihres Fußvolkes einschwenken ließen, um den *cuneus* besser umklammern zu können.

6. *tenore uno*] in einem Zuge, ohne Unterbrechung, volkstümliche Redensart (Cic. orat. 6, 21 *uno t., ut aiunt*); zu Kap. 37, 10.

praeceps] oft mit Verben der Bewegung verbunden, daher auch mit Subst. von entsprechender verbaler Bedeutung wie *fuga, agmen*; 'durch den Strom der in der Angst über Hals und Kopf Fliehenden'.

mediam aciem ist undeutlich, da das punische Fußvolk nicht in drei Treffen stand wie das römische,

- 7 nullo resistente ad subsidia Afrorum pervenerunt, qui utrimque reductis alis constiterant, media, qua Galli Hispanique
 8 steterant, aliquantum prominente acie. qui cuneus ut pulsus aequavit frontem primum, dein cedendo etiam sinum in medio dedit, Afri circa iam cornua fecerant, inruentibusque incaute in medium Romanis circumdedere alas; mox cornua extendendo
 9 clausere et ab tergo hostis. hinc Romani, defuncti nequiquam proelio uno, omissis Gallis Hispanisque, quorum terga ceciderant, adversus Afros integram pugnam ineunt, non tantum eo iniquam, quod inclusi adversus circumfusos, sed etiam quod fessi cum recentibus ac vegetis pugnabant.
- 48 Iam et sinistro cornu Romano, ubi sociorum equites adversus Numidas steterant, consertum proelium erat, segne
 2 primo et a Punica coeptum fraude. quingenti ferme Numidae, praeter solita arma telaque gladios occultos sub loricis habentes, specie transfugarum cum ab suis parmas post terga habentes
 3 adequitassent, repente ex equis desiliunt, parmisque et iaculis ante pedes hostium proiectis in mediam aciem accepti ducti-

wahrscheinlich eine ungenaue Übertragung von Pol. πεπυνηνακότες ἐπὶ τὰ μέσα.

subsidia wird durch den folgenden Relativsatz näher bestimmt u. durch Pol. 3, 113, 9 erläutert: βουλόμενος ἐφεδρείας μὲν τάξιν ἐν τῇ μάχῃ τοὺς Ἄφρας αὐτῶν ἔχειν, προκινδυνεύσαι δὲ τοῖς Ἰβήροι καὶ Κελτοῖς.

8. *pulsus*] wie § 5 *inpellere*.

circa] zu beiden Seiten, zu 21, 43, 4.

ab tergo] Pol. 3, 115, 11 *συνέβη μέσους ἀπολησθῆναι*, was nicht 'abgeschnitten' bedeutet, sondern bloß 'in die Mitte genommen', wie aus den folgenden Worten hervorgeht πρὸς τοὺς ἐν τῶν πλαγίων προσπεπυνηκότες ἐποιοῦντο τὴν μάχην. Auch war das röm. Fußvolk unmöglich im Rücken abgeschnitten, weil sonst der geschlagene Paulus sich nicht mit demselben hätte vereinigen können, Kap. 49, 1.

10. *fessi* bezieht sich nicht bloß auf die Ermüdung, sondern auch auf die Erschöpfung infolge erhaltener Wunden (Kap. 49, 5; 52, 2).

fessi . . . pugnabant] ein in Schlachtbeschreibungen oft wiederkehrender Gedanke (vgl. 21, 55, 6).

48, 1. Vierte Aktion, der zweiten und dritten gleichzeitig. Die folgende Kriegslist ist eine Einlage in den Bericht des Polyb., welcher von derselben nichts weiß.

segne] da nach Pol. die Numidier die bundesgenössische Reiterei unter Varro weder warfen noch ihr erhebliche Verluste beibrachten: zum Ausdruck vgl. § 5; 27, 2, 8.

Punica fraude] zu 21, 4, 9.

2. *Numidae*] Nach Appian Hann. 20 f. sollen es Celtiberer gewesen sein; Zonaras sagt unbestimmt: καὶ τινὰς ψευδαντομολῆσαι ἐκέλευσε (zu Kap. 24, 6). Außerdem läßt Appian den Hannibal noch Reiter und Leichtbewaffnete in eine waldige Schlucht (?) legen, welche die Römer dann im Rücken anfallen, eine Doublette der List an der Trebia (21, 54).

3. *in mediam a.* ist nach der Auffassung des Appian, resp. seines Gewährsmannes, vollkommen verständlich, da die Celtiberer (zu Fuß?) im Centrum desertieren und daher auch von Servilius belobt u. hinter das röm. Fußvolk beordert werden. Dagegen infolge ihrer Verwandlung in Numidier wird der Beginn der Scene auf den rechten punischen Flügel verlegt; aber

que ad ultimos considerare ab tergo iubentur. ac dum proelium ab omni parte conseritur, quieti manserunt; postquam omnium 4 animos oculosque occupaverat certamen, tum arreptis scutis, quae passim inter acervos caesorum corporum strata erant, aversam adoriuntur Romanam aciem, tergaque ferientes ac poplites caedentes stragem ingentem ac maiorem aliquanto pavorem ac tumultum fecerunt. cum alibi terror ac fuga, 5 alibi pertinax in mala iam spe proelium esset, Hasdrubal, qui ea parte praeerat, subductos ex media acie Numidas, quia segnis eorum cum adversis pugna erat, ad persequendos passim fugientis mittit, Hispanos et Gallos equites Afris prope iam 6 fessis caede magis quam pugna adiungit.

Parte altera pugnae - Paulus, quamquam primo statim 49 proelio funda graviter ictus fuerat, tamen et occurrit saepe 2

gleichwohl spielt dieselbe sich hinter dem röm. Fußvolke ab.

considerere] das eigentliche Wort von den *triarii* (8, 8, 10); hier 'hinter der Linie Posto fassen'.

4. *scutis*] nach Appian gefallener Römer (Fußsoldaten), infolge wovon die Celtiberer als Freunde angesehen worden seien.

poplites] vgl. Hor. *carm.* 3, 2, 16.

5. *Hasdrubal*] Er war von dem linken punischen Flügel, wo er seinen Gegner Paulus schon zu Anfang der Schlacht vollständig geworfen hatte, mit seinen Truppen den Numidiern zu Hilfe geeilt und hatte hier das Oberkommando übernommen, wie Polyb weitläufig berichtet. Bei Liv. ist die Schilderung unklar, weil er hier seinen bisherigen Führer verläßt, um sich mit Kap. 49 zu einer röm. Quelle zu wenden.

Numidas] nicht die 500 Numidier, wie Liv. durch die Worte *cum adversis* außer Zweifel stellt, sondern die § 1 erwähnten Num. auf dem rechten Flügel (Kap. 46, 3), was auch durch die Wiederaufnahme von *segnis pugna* (= *s. proelium* § 1) ausgedrückt ist. Dagegen ist hier *ex media a.* unklar und nur so zu verstehen, daß Hasdrubal die mittlern aus Num. bestehenden Glieder der nunmehr vereinigten Kavallerie (oder die Num., die er links und rechts durch seine Spanier

u. Gallier verstärkt hatte) aus dem Treffen gezogen habe.

49. Liv. schildert den weiteren Verlauf der Schlacht nach röm. Relation, wodurch mehrere Unebenheiten entstanden sind. Nach Appian (Fabius?) hatte Paulus gleich von Anfang an das Fußvolk im Centrum befehligt u. 1000 auserlesene Reiter bei sich gehabt, um auf jedem bedrohten Punkte Hilfe leisten zu können. Deshalb erscheint er auch hier von einer Schleuder getroffen, was sich nicht wohl auf den Reiterkampf auf dem einen Flügel beziehen kann; er schlägt sich gegen Hannibal, also gegen das punische Fußvolk im Centrum, und die berittene Leibgarde schützt ihn noch, während nach Kap. 47, 3 seine röm. Reiter längst niedergehauen oder zersprengt waren. Wollte Liv. diese Darstellung mit der Polybianischen verbinden, so mußte er mindestens nach diesem ausdrücklich berichten, Paulus sei von dem rechten Flügel zu dem Centrum übergegangen. Ähnlich hat aber Liv. auch den nach Polyb gegebenen Beschreibungen der Schlachten am Tessin, an der Trebia u. am trasimenischen See Zusätze aus röm. Quelle angehängt.

1. *parte altera* paßt nicht recht zu der bisher gegebenen Schilderung der Schlacht, da Kap. 47 u. 48 schon

cum confertis Hannibali et aliquot locis proelium restituit,
 3 protegentibus eum equitibus Romanis, omissis postremo equis,
 quia consulem et ad regendum equum vires deficiebant. tum
 denuntianti cuidam, iussisse consulem ad pedes descendere
 equites, dixisse Hannibalem ferunt „Quam malle, victos
 4 mihi traderet“. equitum pedestre proelium, quale iam haud
 dubia hostium victoria, fuit, cum victi mori in vestigio mallent
 quam fugere, victores morantibus victoriam irati trucidarent,
 5 quos pellere non poterant. pepulerunt tamen iam paucos
 superantis et labore ac vulneribus fessos. inde dissipati omnes
 sunt, equosque ad fugam qui poterant repetebant.
 6 Cn. Lentulus tribunus militum cum praetervehens equo
 7 sedentem in saxo cruore oppletum consulem vidisset, „L. Aemili“
 inquit, „quem unum insontem culpae cladis hodiernae dei re-
 spicere debent, cape hunc equum, dum et tibi virium aliquid
 8 superest et comes ego te tollere possum ac protegere. ne
